| | decessorem super hiis factam deputaret, studerent integraliter assignare, prout in eisdem prefati predecessoris litteris super hoc confectis ac eisdem Parisiensi, Aniciensi et Carnotensi episcopis super hoc directis plenius et seriosius continetur. Cum autem, sicut fidedigna relatione percepimus, nos in partibus Lugdunensis provincie consistentibus infra regnum prefatum per vos vel per alios huiusmodi decimam pro certis preteritis terminis terminum proximi preteriti festi purificationis beate Marie precedentibus exigendam duxeritis ac levandam, licet iuxta mandatum et ordinationem predecessoris eiusdem per eundem Parisiensem episcopum eiusque collegas debuisset exigi et levari, fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus circa dictam decimam per vos vel alios de mandato vestro[u] in dictis ipsius provincie partibus infra dictum regnum consistentibus recollectam, mandatum et ordinationem predecessoris eiusdem studeatis inviolabiliter observare, mandatum aliud per alias nostras super huiusmodi decima vobis directum in aliis partibus dictarum provinciarum extra dictum regnum consistentibus diligenter nihilominus exequentes. Datum Avinione, idus februarii anno tertio[5]. |

[5] *1337 Februar 13.*

[a] districte *fehlt Napoli 12; Bonn 871, VL 2548* districtius
[b] seu recepistis *fehlt VL 3984*
[c] defecerint *Bonn 871, VL 1171, VL 2548* decesserint*; VL 1171 folgt* sed defecerint
[d] alias *fehlt Bonn 871, VL 1171, VL 2548*
[e] decima fuerit persoluta *Bonn 871, VL 1171, VL 2548* decime fuerint persolute

[f] convertendam *Bonn 871* advertandam
[g] mensis *RV 124(a)* mensium
[h] post *fehlt VL 3984*
[i] ex tunc *fehlt Arm. 82, BL 2825, BL 2850, OL 778, VL 3984, VL 6343, Mainz 39, Napoli 12, Paris 4172, Stuttgart 61, Trier 987, Wolfenbüttel 75;* tunc *Bonn 871, VL 2548* causa
[j] si *fehlt Stuttgart 61*
[k] contra *Arm. 82, Paris 4172* citra
[l] facere *fehlt Bonn 871, VL 2548*
[m] prefertur *Bonn 871, VL 1171, VL 2548* premittitur
[n] donatione *fehlt RA 51(a), RV 124(a), Arm. 82, BL 2825, BL 2850, OL 778, VL 3984, VL 6343, Mainz 39, Napoli 12, Paris 4172, Stuttgart 61, Trier 987, Wolfenbüttel 75*
[o] detecti *VL 1171* decepti*; VL 2548* detenti
[p] negotiis *Bonn 871, Arm. 82, RV 123, RV 124(a), BL 2825, BL 2850, OL 778, VL 2548, VL 6343, Mainz 39, Paris 4172, Stuttgart 61, Trier 987, Wolfenbüttel 75* negotio
[q] februarii *BL 2850, VL 6343, Stuttgart 61* ianuarii
[r] pontificatus nostri *fehlt RV 123, RV 124(a), BL 2850, VL 6343, Stuttgart 61*
[s] XII - tertio *fehlt VL 3984;* tertio *Bonn 871* primo*; BL 2850* secundo*; VL 1171* III
[t] .. *fehlt RA 51(b)*
[u] vestro *RA 124(b)* nostro

## 51.

***RV 129**, fol. 1r Nr. 9 (Rubrik), fol. 26r; **RV 136**, fol. 120vb-121ra; **OL 778**, fol. 56v; **Druck:** Benoît XII, Lettres closes ... à la France, Sp. 543f. Nr. 847 (nach RV 136); **Regest:** Benoît XII, Lettres communes 2 S. 393 Nr. 9144; Lettres de Benoît XII S. 364 Nr. 686.*

PROROGATIO RESERVATIONIS BENEFICIORUM HIC DESIGNATORUM AD ALIUM BIENNIUM[a].

Benedictus etc. Ad futuram rei memoriam. Dudum diligenti meditatione pensantes, quod ad confovendum statum terrarum ecclesie Romane immediate subiectarum pacificum et tranquillum non parum inter cetera expediens credebatur, quod in ecclesiis cathedralibus et aliis locis ecclesiasticis precipuis infra dictas terras consistentibus prelati et rectores preficerentur per apostolice sedis providentiam idonei, qui beneplacitis divinis intenti ac nobis et ecclesie memorate fideles et devoti pacem, veritatem ac iustitiam diligerent ac ipsis ecclesiis et locis vellent, scirent et possent preesse pariter et prodesse. Hiis et aliis iustis et rationabilibus causis, que ad id nostrum animum induxerunt, omnium et singulorum archiepiscopalium et episcopalium ac collegiatarum ecclesiarum nec non abbatiarum, monasteriorum et prioratuum conventualium regularium et secularium exemptorum et non exemptorum infra terras predictas consistentium tunc vacantium vel in antea vacaturorum, in quibus prelati seu rectores per electionem consueverunt assumi, provisiones et dispositiones, quotiens casus vacationis emersisset, nobis et eidem sedi videlicet IIII nonas iunii pontificatus nostri anno quinto[1] usque ad biennium ex tunc computandum, auctoritate apostolica specialiter reservantes, universis ecclesiarum, abbatiarum, monasteriorum et

[1] *1339 Juni 2.*

prioratuum predictorum capitulis et conventibus duximus districtius inhibendum, ne ad electionem, postulationem, nominationem vel quamcumque aliam provisionem prelatorum et rectorum preficiendorum in eis medio tempore procederent quoquo modo, et ex tunc decrevimus irritum et inane, quidquid contra inhibitionem et reservationem huiusmodi per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Voluimus tamen reservationem, inhibitionem et decretum huiusmodi ad monasteria monialium vel aliarum religiosarum mulierum seu ad ecclesias aut prioratus non conventuales seu, quorum fructus, redditus et proventus quinquaginta florenorum auri valorem annuum nequaquam excederent, non extendi. Cum autem reservationis, inhibitionis et decreti huiusmodi terminus appropinquet, nos eisdem ducti causis et considerationibus eandem reservationem, inhibitionem et decretum sub modo et forma predictis a fine dicti termini usque ad aliud biennium ex tunc computandum auctoritate apostolica extendimus tenore presentium et etiam prorogamus. Nulli ergo etc. nostre extensionis et prorogationis infringere etc. Datum Avinione, kalendis iunii pontificatus nostri anno septimo[2].

---

[2] *1341 Juni 1.*

---

[a] Prorogatio - biennium *OL 778; RV 129* Ad futuram rei memoriam. Prorogat terminum reservationis facta ecclesiarum archiepiscopalium et episcopalium ac collegiatarum ecclesiarum etc. usque ad aliud biennium

**52.**

***Kassel 59****, fol. 71v;* ***Mainz 463****, fol. 54v;* ***Druck:*** *Nova Alamanniae 2/2 S. 789f. Nr. 1370 (nach Kassel 59); MAIER, Schriften S. 178 Anm. 111 (mit Datierungsvorschlag 1335 Januar 10), und BOMBI, Registro S. 210f. Nr. 49 (beide nach BL 2126).*

DE RECESSU PRELATORUM[a].

Mandat dominus noster summus pontifex[b] sub pena excommunicationis omnibus patriarchis, archiepiscopis, episcopis et abbatibus, prioribus, decanis et prepositis conventualibus, qui sunt in curia Romana, ut infra mensem immediate sequentem[c] recedant de ipsa curia[d] et ad ecclesias, monasteria seu ad alia loca sibi commissa accedant, nisi ab eodem domino nostro mandatum vel licentiam habeant remanendi vel nisi in officio vel servitio suo[e] vel apostolice sedis existant vel nisi ab illis, quorum interest, sint delati. Si quas vero alias causas[f] rationabiles remanendi[g] habere se dicant, infra dictum mensem[h] eidem domino nostro[i] eas[j] exponant vel exponi[k] faciant[l].

Item fuit lecta in Audientia, die XII mensis februarii pontificatus nostri anno secundo[m1].

---

[1] *1336 Februar 12.*

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

[a] De recessu prelatorum *Kassel 59, Mainz 463; Maier* Copia mandati facti per dominum meum papam, quod omnes prelati et alii curam habentes animarum recedant de curia sub pena excommunicationis
[b] pontifex *fehlt Kassel 59, Mainz 463*
[c] mensem - sequentem *Maier* infra XV dies immediate sequentes
[d] curia *fehlt Kassel 59, Mainz 463*
[e] vel servitio suo *fehlt Kassel 59, Mainz 463*
[f] *Kassel 59, Mainz 463 folgt* et
[g] remanendi *fehlt Kassel 59, Mainz 463*
[h] mensem *Maier* tempus
[i] nostro *fehlt Kassel 59*
[j] eas *fehlt Maier; Kassel 59, Mainz 463* eis
[k] exponi *Mainz 463* poni
[l] exponi faciant *Maier* vicecancellario exponendas per eum eidem domino nostro
[m] Item - secundo *fehlt Maier*

## 53.

***Kassel 59**, fol. 71v; **Mainz 463**, fol. 54v; **Druck:** Nova Alamanniae 2/2 S. 782f. Nr. 1359 (nach Kassel 59); Maier, Schriften S. 178 Anm. 111 (mit Datierungsvorschlag 1335 Januar 10), und Bombi, Registro S. 210f. Nr. 49 (beide nach BL 2126).*

DE RECESSU CURATORUM[a].

Item[b] et eo eodem modo mandat omnibus prioribus, decanis, prepositis non conventualibus[c], archidiaconis ac personatus obtinentibus, si curam habeant animarum, et omnibus aliis beneficiatis curam animarum habentibus, qui in dictis ecclesiis, officiis[d] vel servitio aut familiares domestici dominorum cardinalium non existant, cum intimatione, nisi mandatis pareant, huiusmodi inobedientes pena docente cognoscant, quantum excesserint non parendo[e].

Lecta et publicata fuerunt Avinione in Audientia litterarum contradictarum, die VIII mensis iunii pontificatus nostri anno primo[f1].

[1] *1335 Juni 8*.

[a] De recessu curatorum *Kassel 59, Mainz 463*
[b] *Maier folgt* in omnibus et per omnia
[c] *Kassel 59 folgt* si curam habeant animarum, et omnibus
[d] ecclesiis officiis *Maier* officio
[e] cum - parendo *fehlt Maier*
[f] Lecta - primo *fehlt Maier*

## 54.

***Kassel 59**, fol. 71v-72r; **Mainz 463**, fol.54v-55r; **Druck:** Nova Alamanniae 2/2 S. 827 Nr. 1510 (nach Kassel 59).*

DE PROHIBITIONE HABITUS MONACHORUM IN CURIA NON FERENDI.

(1) Mandat et committit dominus noster papa auditori curie Camere sue, quatenus cuicumque monacho ordinis seu religionis sancti Benedicti portanti in Romana curia capucium inhonestum vel prohibitum seu rotundellum, clociam sive cucullam manticatam seu epitogatam[a] aut vestem superiorem habitui proximam cum manicis lingwatis consuticiis seu quomodolibet botonatis, auferat seu auferri faciat, ea sibi et pauperibus eroget amoto prius capucio de predicta cuculla talemque monachum transgressorem sic alias debite corrigat, ut ceteri a similibus arceantur.

(2) Mandat insuper prefatus dominus noster papa omnibus et singulis suis cursoribus sub pena amissionis officii eorum, ut, quotiens aliquem dicti ordinis vel religionis monachum aliquid predictorum in curia ipsa portantem invenerint, eum citent coram auditore predicto hocque ei nuntient indilate.

Et hec mandata vult legi publice in Audientia litterarum et affigi ianuis Audientie causarum earundem.

---

[a] epitogatam *Kassel 59, Mainz 463* epithoiatam

## 55.

***55A. Berlin 661**, fol. 163v; **PL 647**, fol. 73r; **Ross. 1035**, fol. 19v-20r**; VL 4990,** fol. 22v**; Kassel 59**, fol. 56v; **München 3063,** fol. 255v; **Druck:** Nova Alamanniae 2/2 S. 823 Nr. 1477 (nach Kassel 59).*

QUARE DILECTUS[a].

Concedit[b] cardinali legato, quod possit per alium visitare suas commendas et procurationes in pecuniam recipere.

---

[a] Quare dilectus *Berlin 661, PL 647, Ross. 1035, VL 4990, Kassel 59, München 3063*
[b] Concedit *Berlin 661, PL 647, Ross. 1035, VL 4990* Succedit

***55B**. **RA 49**, fol. 405r-407v (an andere Adressaten); **RA 50**, fol. 16r (Rubrik), fol. 461v (es folgen bis fol. 464r weitere Briefe an andere Adressaten); **RV 121**, fol. 279r (es folgen bis fol. 282r weitere Briefe an andere Adressaten); **RV 122 Rubr.**, fol. 8v Nr. 426; **RV 122**, fol. 179v (es folgen bis 181r weitere Briefe an andere Adressaten); **VL 1171**, fol. 117r-117v; **Regest:** Benoît XII, Lettres communes 1 S. 302-304 Nr. 3319-3352.*

LITTERE DOMINORUM CARDINALIUM, QUOD POSSINT SUA BENEFICIA PER ALIOS VISITARE[a].

| | |
|---|---|
| *RA 49, RA 50, RV 121, RV 122.* | *VL 1171.* |

| | |
|---|---|
| Benedictus episcopus servus servorum Dei, dilecto filio (..) tituli sancti (..) cardinali, salutem et apostolicam benedictionem. **Quanto Romanam** ecclesiam, | Benedictus episcopus etc., venerabili fratri episcopo Brixiensi[1] et dilectis filiis decano Atrebatensi[2] ac .. thesaurario Albiensi[3], salutem et apostolicam benedictionem. Cum dilectus filius noster Ber. tituli .. Romanam ecclesiam, |

cuius honorabile membrum existis, honoras plenius tuorum[b] magnitudine meritorum, tanto per eam attolli mereris[c] favoris gratia potioris. Hinc est, quod nos tuis[d] supplicationibus inclinati, ut[e] ecclesias, monasteria et alia loca ecclesiastica in archidiaconatu tuo .. in ecclesia .., quem ex concessione et dispensatione sedis apostolice obtinere dinosceris[f], consistentia eorumque personas, in quibus tibi[g] ratione archidiaconatus predicti visitationis officium de consuetudine vel de iure competit, possis[h] libere per aliquam seu aliquas personam seu personas idoneas, quam vel quas[i] ad hoc duxeris[j] deputandam seu etiam deputandas, usque ad sex annos, quotiens tempus visitationis ingruerit[k], visitare et ab eisdem ecclesiis, monasteriis, locis et personis taliter visitatis semel dumtaxat[l] procurationes ratione visitationis huiusmodi tibi[m] debitas in pecunia numerata recipere, dummodo procurationes huiusmodi summam triginta[n] Turonensium argenti pro die qualibet non excedant[o], non obstantibus constitutionibus a felicis recordationis Innocentio IIII[p4] et Gregorio X[5] et quibuslibet aliis Romanis pontificibus predecessoribus nostris in contrarium editis ac privilegiis et indulgentiis apostolicis quibuscumque generalibus vel specialibus, de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum in nostris litteris specialem oporteat fieri mentionem, per que presentibus[q] non expressa vel totaliter non inserta effectus huiusmodi gratie impediri valeat quomodolibet vel differri,

| | |
|---|---|
| discretioni tue auctoritate[r] presentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit | eidem cardinali tenore dictarum litterarum nostrarum duximus indulgendum, quo circa discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus per vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios faciatis auctoritate nostra huiusmodi personam seu personas, quam vel quas idem |

1 *Brescia, Lombardei, Italien*.
2 *Arras, Nord-Pas-de-Calais Frankreich*.
3 *Albi, Midi-Pyrénées, Frankreich*.
4 *VI 3.20.1.*
5 *VI 3.20.2.*

| | |
|---|---|
| incursurum. | cardinalis ad premissum visitationis officium duxerit, ut premittitur, deputandam seu deputandas, ad illud admitti[s] eidem, quod cardinali vel procuratori suo pro eo procurationes predictas iuxta huiusmodi concessionis nostre tenorem per predictos sex annos integre ministrari, non obstantibus omnibus supradictis aut si aliquibus communiter vel divisim a sede apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi ‹vel excommunicari› non possint per litteras apostolicas ‹non› facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. |

Datum Avinione, IIII idus decembris pontificatus nostri[t] anno secundo[u6].

[6] *1336 Dezember 10.*

[a] Littere - visitare *RV 121; RA 50, RV 122 Rubr.* Petro tituli sancte Praxedis presbitero cardinali concedit privilegium visitandi ratione decanatus ecclesie Compostellane et archidiaconatus de Salalues *(RV 122 Rubr.* Salves*)* in eadem ecclesia*; VL 1171* Pro cardinalibus
[b] existis honoras - tuorum *VL 1171* existit honoret - suorum
[c] mereris *VL 1171* mereret
[d] tuis *VL 1171* eiusdem cardinalis
[e] ut *fehlt VL 1171*
[f] dinosceris *VL 1171* dinoscitur
[g] tibi *VL 1171* sibi
[h] possis *VL 1171* posset
[i] *VL 1171 folgt* idem cardinalis
[j] duxeris *VL 1171* duceret
[k] ingruerit *VL 1171* ingrueret
[l] semel dumtaxat *fehlt RA 50, RV 122, VL 1171*
[m] tibi *VL 1171* sibi
[n] triginta *RA 50, RV 122 viginti; VL 1171* XXX
[o] excedant *VL 1171* excederent
[p] IIII *RA 50, RV 122* quarto
[q] presentibus *VL 1171* dictis nostris litteris
[r] auctoritate *RV 122* tenore
[s] admitti *VL 1171* admittere
[t] pontificatus nostri *fehlt RA 49, RA 50*
[u] secundo *VL 1171* II

## 56.

***56A. Berlin 661**, fol. 164r; **PL 647**, fol. 73v; **Ross. 1035**, fol. 20r; **VL 4990,** fol. 22v**; Kassel 59**, fol. 57r; **München 3063**, fol. 255v; **Druck:** Nova Alamanniae 2/2 S. 823 Nr. 1478 (nach Kassel 59).*

AD NOSTRUM[a] *(!)*.

Revocat omnes uniones beneficiorum factas per predecessores[b] a XXX[c] annis citra et prohibet fieri, dans ordinem servandum circa[d] curatos talium preteritos et presentes.

[a] Ad nostrum *Berlin 661, PL 647, Ross. 1035, VL 4990, Kassel 59, München 3063*
[b] predecessores *München 3063* dioc(eses)
[c] XXX *PL 647* XX
[d] et - circa *fehlt PL 647*

***56B.** (nicht in RA 48, 49); **RA 133**, fol. 523r (Rubrik), fol. 532v-533r; **VL 1171**, fol. 107r-107v; **Mainz 463**, fol. 59v und 61r; **Regest:** - (keine Registerüberlieferung feststellbar).*

REVOCATIO UNIONUM[a].

Benedictus episcopus etc. Ad perpetuam rei memoriam[b]. Ad nostri apostolatus[c] officium spectare dinoscitur, ut ecclesias, prout earum statui expedire cognoscimus, reformationem accommodam impendamus[d]. Sane nonnullos diocesanos locorum etiam[e] cum suis capitulis vel de ipsorum assensu[f] ordinasse accepimus[g], quod in quibusdam parochialibus ecclesiis eis subiectis ab olim per rectores singulos solitis gubernari sint quedam perpetua beneficia sine cura prioratus vel personatus seu scolarie[h] aut ecclesiagia vel[i] alio nomine appellata et quod in[j] dictis ecclesiis sint perpetui capellani seu vicarii vel rectores, qui curam animarum eisdem[k] ecclesiis imminentem soli et insolidum habeant et[l] certam de ipsarum ecclesiarum[m] redditibus percipiant[n] portionem aliique redditus[o] ipsarum[p] ecclesiarum sint priorum[q] et personarum vel aliorum quovis alio nomine nuncupatorum, propter que quamplurimum curam animarum gerentium in ecclesiis ipsis redditus eis assignati vel, qui eis post[r] ordinationem huiusmodi remanserunt, adeo sunt tenues et exiles, quod ex eis nequeunt commode sustentari et alia etiam onera incumbentia[s] supportare, immo sepe[t] contingit, quod non inveniuntur persone idonee, que huiusmodi ecclesias seu vicarias vel capellanias velint recipere sicque frequenter minus idoneis conferuntur et ex hoc pericula[u] imminent animarum. Super hiis igitur de opportuno remedio providere volentes ordinationes huiusmodi et eis[v] similes deinceps fieri de[w] fratrum nostrorum consilio inhibemus, quod, si secus attemptari contingerit, irritum decernimus et inane. De iam vero factis ordinationibus predictis sic volumus observari, ut in illis, que a[x] XXX annis citra facte fuerunt, ipsis prioribus vel personis seu aliis scolanias[y] seu ecclesiagia[z] vel alia beneficia sine cura predicta quocumque nomine nuncupata obtinentibus cedentibus vel decedentibus dicta

beneficia sine cura[aa] hoc ipso cessent et singule dicte ecclesie[bb] reintegrentur omnino et ad statum antiquum et solitum revertantur et redditus dictorum beneficiorum sine cura rectoribus[cc] vel vicariis seu capellanis[dd], qui tunc erunt, curam[ee] dictarum ecclesiarum habentibus applicentur. Et ne[ff], quod absit, earundem ecclesiarum rectores vel vicarii[gg] seu capellani curam animarum[hh] gerentes[ii] interim defectum in facultatibus seu necessariis patiantur, volumus, quod per diocesanos dictarum ecclesiarum de fructibus et redditibus dictorum beneficiorum sine cura sic[jj] defectus huiusmodi[kk] suppleatur, quod prefati rectores vel vicarii seu capellani curam huiusmodi in dictis ecclesiis exercentes possint exinde cum aliis suis redditibus convenienter vivere et incumbentia eis[ll] onera sustinere. Et hoc ipsum de huiusmodi suppletione fieri volumus circa istas[mm] alias quoque[nn], que[oo] ante[pp] triginta[qq] annos per ordinationem seu ordinationes consimiles ad gerendum[rr] curam fuerunt in dictis ecclesiis instituti, decernimus observandum. Ceterum per premissa[ss] dictas ordinationes approbare[tt] non intendimus, que[uu] possint[vv] per illos, quorum interest, impugnari[ww], si ex iuris[xx] sollemnitate omissa vel alias fuerint impugnande. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam etc. Si quis autem hoc attemptare presumpserit etc. Datum Avinione etc.[1]

---

[1] *Vor 1336 Juli 25, vgl. Benoît XII, Lettres communes 1 S. 355 Nr. 3888.*

---

[a] Revocatio unionum *Mainz 463 am linken Rand und als Überschrift* De prioratibus*; RA 133* Revocatio Benedicti de unionibus factis [...]*; VL 1171* De unionibus revocatis
[b] Benedictus - memoriam *fehlt RA 133, Mainz 463*
[c] nostri apostolatus *VL 1171* apostolatus nostri
[d] accommodam impendamus *Mainz 463* ac commodum
[e] etiam *fehlt Mainz 463*
[f] de ipsorum assensu *Mainz 463* earum cum sensu
[g] accepimus *VL 1171* accepisse
[h] scolarie *RA 133* scolanie
[i] ecclesiagia vel *Mainz 463* non
[j] in *fehlt VL 1171*
[k] eisdem *Mainz 463* eiusdem
[l] et *Mainz 463* ad
[m] ipsarum ecclesiarum *Mainz 463* ecclesiasticis
[n] percipiant *fehlt VL 1171*
[o] redditus *Mainz 463* redditibus
[p] ipsarum *fehlt VL 1171*
[q] priorum *Mainz 463* priores
[r] post *VL 1171* propter
[s] etiam - incumbentia *VL 1171* incumbentia illis onera
[t] sepe *Mainz 463* sepius
[u] *VL 1171 folgt* innumera
[v] eis *Mainz 463* ex eis
[w] de *Mainz 463* et
[x] a *Mainz 463* ad
[y] scolanias *RA 133* scolaniis*; VL 1171* scolariis
[z] ecclesiagia *RA 133* ecclesiagiis*; Mainz 463* ecclesiastica
[aa] predicta - cura *fehlt VL 1171*
[bb] ecclesie *fehlt Mainz 463*
[cc] rectoribus *fehlt Mainz 463*

[dd] capellanis *Mainz 463* appellationis
[ee] curam *VL 1171* cum
[ff] ne *fehlt Mainz 463*
[gg] vicarii *VL 1171* vicarios
[hh] animarum *fehlt Mainz 463*
[ii] *VL 1171 folgt* nostrum
[jj] sic *RA 133, VL 1171* sit
[kk] cura - huiusmodi *Mainz 463* de facto huiusmodi
[ll] eis *Mainz 463* eius
[mm] *RA 133 folgt* circa
[nn] circa - quoque *VL 1171, Mainz 463* circa istos circa quoque alios
[oo] que *fehlt RA 133, VL 1171; Mainz 463* qui
[pp] ante *VL 1171* per
[qq] triginta *VL 1171, Mainz 463* XXX
[rr] gerendum *VL 1171* regendum
[ss] per premissa *VL 1171* quod premissas
[tt] approbare *VL 1171* probare
[uu] que *RA 133* quem*; VL 1171, Mainz 463* quando
[vv] possint *fehlt VL 1171*
[ww] impugnari *Mainz 463* repugnare
[xx] iuris *Mainz 463* iure

## 57.

***57A. Berlin 661**, fol. 164r; **PL 647**, fol. 73v; **Ross. 1035**, fol. 20v; **VL 4990,** fol. 23r**; Kassel 59**, fol. 57r; **Druck:** Nova Alamanniae 2/2 S. 823 Nr. 1479 (nach Kassel 59).*

CECA CORDIS[a].

Revocat omnes gratias expectativas, in quibus non sit in re vel ad rem ius quesitum, factas a quibuscumque predecessoribus suis.

[a] Ceca cordis *Berlin 661, Ross. 1035* Cetera ord(o)*; PL 647* Ceta oud. *(!); VL 4990, Kassel 59* Ceta ord(o)

***57B. Bonn 871**, fol. 14v und 1r; (nicht in RA 48, 49); **VL 1171**, fol. 106r-107r; **VL 2548**, fol. 52rb-52va; **Mainz 463**, fol. 58v-59r. Zur weiteren **Überlieferung** vgl.* BROWN*, Extravagantes S. 406-411 Nr. 12. (keine Registerüberlieferung feststellbar)*

REVOCATIO GRATIARUM SUB EXPECTATIONE[a].

Benedictus episcopus servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam[b]. Ceca cordis cupiditas et ambitiosus mentis affectus sic nonnullos super beneficiorum ecclesiasticorum[c] assecutione insatiabiles affecerunt, ut, sicut[d] experientia edocet, per[e] improbam, immo reprobam ipsorum instantiam a[f] nonnullis precesssoribus nostris Romanis pontificibus multi hactenus multas et diversas in multis et diversis ecclesiis atque locis[g] per orbem[h] diffusis super collationibus, provisionibus, reservationibus[i] et concessionibus dignitatum, prioratuum, personatuum, officiorum, canonicatuum, prebendarum, ecclesiarum[j], prestimoniorum aliorumque[k] beneficiorum[l] ecclesiasticorum vacaturorum[m] conferendorum[n] eisdem litteras

apostolicas impetrarunt. Nos igitur ob premissa et alias certas causas, que ad id rationabiliter nos inducunt, volentes in hac parte salubriter providere presentis constitutionis edicto omnes reservationes et concessiones super canonicatibus et prebendis, dignitatibus, prioratibus, personatibus, officiis, portionibus[o], prestimoniis, ecclesiis parochialibus et ruralibus et aliis quibuscumque ecclesiasticis[p] beneficiis vacaturis secularibus et regularibus[q] cum[r] cura vel sine cura, quocumque[s] nomine[t] censeantur, ac etiam collationes seu provisiones super canonicatibus in[u] cathedralibus vel collegiatis[v] ecclesiis cum reservatione prebendarum, dignitatum, personatuum, officiorum vel aliorum beneficiorum ecclesiasticorum quorumcumque cum cura vel sine cura, in quibus non sit in re licet ad rem ius quesitum[w], a quibuscumque predecessoribus[x] Romanis pontificibus factas sive concessas quibuscumque[y] personis[z] cuiuscumque conditionis, preeminentie, ordinis sive status per eorundem predecessorum litteras sub[aa] quibuscumque tenore, modo, forma vel conceptione[bb] verborum omnesque processus habitos per eosdem, etiamsi in canonicos sint recepti ac etiamsi per[cc] executores earum[dd] facte fuerint reservationis[ee] decreti interpositiones et dicta beneficia iam vacaverint et[ff] per impetrantes petitum fuerit ab[gg] executoribus, quod illa conferrent[hh] eisdem, dummodo ad collationem dictorum beneficiorum sic vacantium minime sit processum, ac etiamsi aliqui[ii] auctoritate dictarum litterarum in aliquibus ecclesiis ultra[jj] numerum inibi statutum in canonicos sint recepti, quantum ad capitulum et ad chorum et[kk] perceptionem[ll] distributionum[mm] cotidianarum et plenitudinem iuris canonici habeant, sed in eis prebendas, dignitates, personatus sive portiones vel alia beneficia, que dantur tantum existentibus de numero, nunc expectent, auctoritate apostolica de fratrum nostrorum consilio[nn] cassamus, irritamus et evacuamus[oo], cassas, irritas et vacuas nuntiamus et nullius existere firmitatis. Verum, si huiusmodi recepti ultra numerum[pp] distributiones et alia ut canonici de numero existentes sic percipiunt, quod per cessionem vel[qq] decessum illorum, qui sunt intra[rr] numerum, ex vigore dictarum litterarum nil amplius[ss] assequi expectent[tt] nisi distributionum et perceptionum[uu] suarum[vv] augmentum, cum forsan sit[ww] in ecclesia, in qua[xx] canonicorum non autem[yy] portionum numerus vel prebendarum distinctio habeatur, quantoque[zz] inter pauciores eiusdem ecclesie dividuntur proventus, tanto[aaa] maiores fieri possunt singulorum percipientium portiones, ad istos vel etiam ad eos, qui per litteras[bbb] facultatum dictorum predecessorum in aliquarum ecclesiarum[ccc] canonicos sint recepti licet prebendas vel alia beneficia expectent, presentem constitutionem volumus[ddd] non extendi. Nos insuper[eee] decernimus[fff] irritum et inane, si secus super hiis[ggg] a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingerit attemptari. Nulli

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

ergo omnino hominum liceat hanc paginam etc. Si quis autem hoc attemptare presumpserit etc. Datum Avinione[hhh], XV kalendas ianuarii pontificatus nostri anno primo[iii][1].

---

[1] *1335 Dezember 18.*

---

[a] Revocatio - expectatione *Bonn 871; VL 1171* De revocatione beneficiorum prima*; Mainz 463 De revocatione gratiarum sub expectatione*
[b] Benedictus - perpetuam *fehlt Mainz 463*
[c] beneficiorum ecclesiasticorum *Mainz 463* dignitatum, prioratuum, personatuum, officiorum, canonicatuum et prebendarum et ecclesiasticorum, parochialium et ruralium, prestimoniorum aliorumque beneficiorum ecclesiasticorum curatorum et non curatorum
[d] affecerunt - sicut *fehlt VL 1171;* sicut *VL 2548* sic et
[e] edocet per *VL 1171* docet quod
[f] a *Bonn 871, VL 2548* et
[g] locis *fehlt VL 1171*
[h] orbem *Bonn 871, VL 2548* ordinem
[i] reservationibus *fehlt VL 1171*
[j] ecclesiarum *VL 1171* ecclesiasticarum
[k] prestimoniorum aliorumque *VL 1171* prestimoniorumque
[l] ecclesiarum - beneficiorum *fehlt Mainz 463*
[m] *Mainz 463 folgt* alias concedendorum
[n] conferendorum *VL 2548* concedendorum
[o] portionibus *VL 1171* prioratibus
[p] ecclesiasticis *fehlt Bonn 871*
[q] et aliis - regularibus *fehlt VL 2548*
[r] cum *fehlt Mainz 463*
[s] quocumque *VL 1171* quecumque
[t] nomine *fehlt Mainz 463*
[u] in *VL 1171* et
[v] vel collegiatis *fehlt Bonn 871*
[w] quesitum *VL 1171* acquisitum
[x] *Mainz 463 folgt* nostris
[y] predecessoribus - quibuscumque *fehlt VL 1171*
[z] personis *fehlt Bonn 871*
[aa] litteras sub *Mainz 463* nostras super
[bb] conceptione *Bonn 871, VL 2548* concessione
[cc] ac etiamsi per *VL 1171* et etiam super
[dd] earum *Bonn 871, VL 1171* illorum*; Mainz 463* illarum
[ee] reservationis *Bonn 871, VL 1171, VL 2548, Mainz 463* reservationes
[ff] et *fehlt Bonn 871, VL 2548*
[gg] ab *fehlt Mainz 463*
[hh] conferrent *VL 1171* conferunt
[ii] aliqui *VL 1171* alia
[jj] ultra *Bonn 871* vel
[kk] chorum et *VL 1171* chori
[ll] perceptionem *Bonn 871, VL 2548* perceptionum
[mm] distributionum *VL 1171, Mainz 463* distributionem
[nn] consilio *VL 2548* consiliorum
[oo] et evacuamus *fehlt VL 1171; Mainz 463* vacuamus
[pp] numerum *Bonn 871, VL 2548* videlicet
[qq] vel *Mainz 463* etiam per
[rr] intra *VL 1171* ultra
[ss] nil amplius *VL 1171* vel aliud
[tt] expectent *VL 1171* spectant
[uu] perceptionum *VL 1171* personatuum
[vv] suarum *fehlt Bonn 871*
[ww] ex - sit *fehlt Mainz 463*
[xx] qua *fehlt Mainz 463*
[yy] autem *VL 1171* esset

---

[zz] quantoque *VL 1171* quanto
[aaa] tanto *Bonn 871* tantum
[bbb] *Mainz 463 folgt* apostolicas
[ccc] ecclesiarum *Bonn 871, VL 2548* ecclesiis in
[ddd] volumus *Bonn 871, VL 2548* nolumus
[eee] insuper *fehlt VL 1171*
[fff] decernimus *Bonn 871, Mainz 463* decernentes
[ggg] hiis *VL 2548* premissis
[hhh] Avinione *fehlt Mainz 463*
[iii] primo *VL 1171* I

**58.**

***RV 131 Rubr.**, fol. 7r Nr. 162; **RV 131**, fol. 45va-45vb; **Regest:** Benoît XII, Lettres closes ... autres que la France 1 Sp. 252 Nr. 966.*

ITEM LITTERA PATENS IACOBO DE LENGRES DECLARATORIA DE DATA DIEI, QUA PRIMO DOMINUS IOHANNES PAPA XXII FRUCTUS ANNALES BENEFICIORUM ECCLESIASTICORUM APUD SEDEM APOSTOLICAM VACANTIUM CAMERE APOSTOLICE APPLICAVIT.

Dilecto filio Iacobo de Lengres[1] sacriste ecclesie Carpentoracensis in partibus regni Ungarie apostolice sedis nuntio. Cum in partibus regni Ungarie colligendi et recipiendi fructus annales beneficiorum ecclesiasticorum, que apud sedem apostolicam vel alibi ex reservatione generali vel speciali seu alias ad dispositionem sedis eiusdem immediate spectantia vacaverint, per felicis recordationis Iohannem papam XXII predecessorem nostrum certis temporibus reservatos et sue Camere pro relevandis utilius eius necessitatibus applicatos dudum tibi per nostras certi tenoris litteras dederimus potestatem tuque de tempore huiusmodi reservationis et applicationis ignarus, ut asseris, eos, quorum interest, qui a te petunt, de tempore certiorari predicto, nequeas efficere certiores, nos tibi et illis, quorum interest, prefatum predecessorem, sicut in registris continetur ipsius, dictos fructus primo reservavisse et applicasse sue predicte Camere usque ad unum annum X kalendas martii pontificatus sui anno decimo[2] ac deinde de anno in annum dictas reservationem et applicationem prorogasse et extendisse usque ad decimum novum annum sui pontificatus predicti, quo, sicut domino placuit, ab hac luce migravit, quodque ultimus annus reservationis et applicationis ipsarum VIII kalendas februarii pontificatus nostri anno primo[3] extitit terminatus, tenore presentium intimamus. Datum Avinione, IIII kalendas iulii anno secundo[4].

---

[1] *Jacobus de Lengres.*
[2] *1326 Februar 20, = Johannes XXII. Nr. 82.*
[3] *1335 Januar 25.*
[4] *1336 Juni 28.*

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

## 59.

***RV 132 Rubr.**, fol. 10r Nr. 229; **RV 132**, fol. 64v-65v; **Regest:** Benoît XII, Lettres closes ... autres que la France 1, Sp. 420 Nr. 1450.*

LITTERA PATENS THESAURARIO DOMINI PAPE DECLARATORIA SUPER GENERALI RESERVATIONE FRUCTUUM BENEFICIORUM ECCLESIASTICORUM VACANTIUM IN ROMANA CURIA A TEMPORE RESERVATIONIS EORUM PRO TOTO TEMPORE, QUO VACABUNT.

Venerabili fratri Iohanni[1] episcopo Avinionensi thesaurario nostro. Dudum pro relevandis Camere nostre necessitatibus fructus, redditus et proventus omnium et singulorum beneficiorum ecclesiasticorum, etiamsi dignitates, personatus vel officia forent et curam animarum haberent, tunc apud apostolicam sedem vacantium et vacaturorum in antea pro toto tempore vacationis ipsorum - ecclesiis cathedralibus et monasteriis conventualibus ac beneficiis ecclesiasticis ex causa permutationis resignatis vel resignandis dumtaxat exceptis - eidem Camere usque ad nostrum beneplacitum per nostras certi tenoris litteras reservandos duximus et etiam deputandos, te tunc canonico Biterrensi capellano et thesaurario nostro ad collectionem dictorum fructuum, reddituum et proventuum specialiter deputato. Cum autem, sicut accepimus, nonnulli reservationem et deputationem huiusmodi contra intentionem nostram, quam tunc gerebamus et gerimus, restringere molliantur, nos volentes super hoc omnem hesitationis materiam amputare tenore presentium auctoritate apostolica declaramus nostre intentionis fuisse et esse, quod fructus, redditus et proventus omnium et singulorum beneficiorum ecclesiasticorum huiusmodi ubicumque tunc vacantium et vacaturorum in antea ex nostra vel predecessorum nostrorum Romanorum pontificum generali vel speciali reservatione seu alias ad collationem vel dispositionem nostram immediate spectantium a tempore reservationis huiusmodi per totum tempus vacationis ipsorum - ecclesiis cathedralibus et monasteriis conventualibus, que per abbates vel alios sunt solita gubernari, ac beneficiis ecclesiasticis ex causa permutationis resignatis vel resignandis dumtaxat exceptis - in reservatione et deputatione predictis includerentur et etiam includantur durante beneplacito predicto, non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus quorumcumque ecclesiarum vel monasteriorum seu locorum ecclesiasticorum contrariis aut, si fructus, redditus et proventus primi anni huiusmodi beneficiorum vacantium ecclesie, fabrice vel defuncto vel alteri usui seu cuicumque singulari persone de speciali consuetudine, privilegio vel statuto forsitan debeantur, quibus huiusmodi dictorum

[1] *Johannes de Coiordano.*

beneficiorum vacatione seu beneplacito nostro cessantibus nullum, quominus ex tunc dictos fructus libere percipere valeant, volumus preiudicium generari, ut autem fructus, redditus et proventus predicti iuxta intentionem nostram huiusmodi efficaciter colligantur, fraternitati tue per apostolica ‹scripta› committimus et mandamus, quatenus per locorum ordinarios seu diocesanos vel officiales seu vicarios eorundem vel alios, de quibus tibi videbitur, quos ad hoc duxeris deputandos, eosdem fructus, redditus et proventus iuxta declarationem predictam nomine dicte Camere colligi facias et levari, contradictores etc., non obstantibus omnibus supradictis seu, si aliquibus communiter vel divisim ab apostolica sit sede indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Volumus autem, quod tu et alii pro te ad collectionem huiusmodi, ut premittitur, deputandi attentius providere curetis, quod propter collectionem et levationem fructuum, reddituum et proventuum predictorum cultus divinus in ecclesiis, beneficiis et locis ecclesiasticis nullatenus minuatur nec propter hoc ecclesie, beneficia et loca huiusmodi debitis et consuetis obsequiis aliquatenus defraudentur neque ministri ipsorum opprimantur indebite vel etiam pregraventur quodque illi, qui per te ad collectionem et levationem huiusmodi fuerint deputati, alios subcollectores fide ac facultatibus idoneos, si expedient, constituere et removere valeant, qui compescendi contradictores quoscumque per censuram ecclesiasticam similem habeant potestatem. Datum Avinione, VII idus augusti anno tertio[2].

---

[2] *1337 August 7.*

**60.**

***PL 685**, fol. 46r-46v; **VL 3986**, fol. 6v-7r; **Druck:** Teige, Audientia S. XII-XIII Nr. 7.*

### Constititiones domini Beltramini[a]

(1) Nos Beltraminus[b1] miseratione divina episcopus Bononiensis Audientie litterarum contradictarum domini pape auditor calumniis impedientium in eadem Audientia litteras apostolicas, que super executione unius, que nulla provocatione suspensa in rem transivit iudicatam, vel trium sententiarum diffinitivarum sive interlocutariarum aut super[c] sequestratione beneficii ecclesiastici iuxta constitutionem in generali concilio[d] Viennensi editam[2] im-

---

[1] *Beltraminus Paravicini.*
[2] *Clem. 2.11.1; Clem. 2.6.un.*

petrantur, prout ad nostrum spectat officium, et[e] experientia docente pena solita non sufficiat, plenius occurrere cupientes statuimus, ut, si quis litteras huiusmodi post triduum, postquam earundem copiam habuerit vel per eum steterit, quominus habuerit, iniuste, quod declarabit eventus futurus, presumpserit impedire, pro diebus singulis, quibus idem impedimentum duraverit, pena duodecim[f] grossorum Turonensium argenti multetur. Possit tamen auditor Audientie memorate huiusmodi tridui spatium augere vel minuere, prout videbitur expedire.

---

[a] Constititiones - Beltramini *VL 3986; PL 685* Sequuntur constitutiones bone memorie domini Beltrami‹ni› episcopi Bononiensis et Audientie litterarum contradictarum domini pape auditoris
[b] Beltraminus *PL 685* Beltramus
[c] super *fehlt PL 685*
[d] in - concilio *PL 685* concilii generalis
[e] *VL 3986* et *PL 685* cum
[f] duodecim *PL 685* XII

***Innocenz VI.***

Anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo, sexto kalendas decembris pontificatus domini Innocentii pape sexti anno octavo[1], super expensis revocationum littere denuntiationis ad partes ordinatum fuit per reverendum patrem dominum G‹uidonem[2]› episcopum Massan(um) tunc officium gerentem, quod pro qualibet die solveretur unus grossus, prout in registro Audientie sub hiis anno, die, mense, pontificatus continetur[a].

---

[1] *1360 November 26.*
[2] *Guido.*

---

[a] Anno - continetur *fehlt VL 3986*

QUOD PROCURATORIUM SIT SUFFICIENTISSIMUM[a].

(2) Item attendentes, quod per impetrationem litterarum apostolicarum, que in supradicta Audientia sunt legende, negotio in eis contento preiudicium regulariter non paratur, sed vel ipsius[b] cognitio et decisio aut eius, quod iam provide peractum est[c], executio demandatur vel eidem sic peracto confirmationis robur impenditur, et quod[d] per contradictionem litteris eisdem et conventionem iudicum et locorum, quas[e] in Audientia fieri contingit, sepe iudices et loca suspecta utilius tempore impetrationis prefate quam post[f] ipsam in partibus excluduntur et quod per conventionem iamdictam ad plurium, quod est solidius, iudicium devenitur, decernimus[g] procuratorium, quod pro universitate, capitulo, collegio seu conventu aliquo in forma publici instrumenti exbiberi contigerit in Audientia supradicta, ex eo dumtaxat non debere in impetrando vel contradicendo et de iudicibus et locis conveniendis[h] pro ipsis insufficiens reputari, quod in ipso procuratorio nomina omnium universitatem,

capitulum, collegium seu conventum huiusmodi constituentium aut maioris partis eorum non fuerint expressa vel quod[i] eidem procuratorio[j] sigillum aliquod appositum non extiterit vel appensum, dum tamen notarius publicus inscriptus in procuratorio predicto[k] sufficienter attestetur in eo procuratorium ipsum per prelatum, rectorem seu caput immediatum ipsius universitatis, capituli, collegii seu conventus aut[l] per universitatem, capitulum, collegium seu conventum eisdem loco et more solitis ad id faciendum in unum congregatos fore factum[m] eiusdem nihilominus prelati, rectoris seu capitis prelationem, dignitates, officium seu administrationem ac nomen proprium exprimendo et alias procuratorium huiusmodi in se habeat ea, que in instrumentis publicis ac in premissis de iure vel consuetudine dicte Audientie requiruntur.

---

[a] Quod - sufficientissimum *VL 3986*
[b] ipsius *VL 3986* ipsi
[c] est *fehlt PL 685*
[d] quod *fehlt PL 685*
[e] quas *PL 685* quam
[f] post *VL 3986* postquam
[g] *PL 685 folgt* quod
[h] conveniendis *PL 685* conveniendo
[i] quod *VL 3986* quis
[j] procuratorio *fehlt PL 685*
[k] predicto *fehlt PL 685*
[l] aut *PL 685* ac
[m] *PL 685* folgt et iidem

(3) Insuper universos religionem aliquam de religionibus per sedem apostolicam approbatis professos nullam prelationem, rectoriam vel administrationem habentes etiam a contradicendo ratione coniunctionis sanguinis litteras apostolicas, quas contra personas aliquas quovis gradu coniunctas eisdem per dictam Audientiam contigerit impetrari, decernimus totaliter repellendos, per hoc tamen religiosis prelationes, rectorias vel administrationes huiusmodi obtinentibus quidquam tribui non intendimus, quod eis alias non competat[a] de iure vel observantia Audientie memorate[1].

---

[1] *Undatiert; Beltraminus war seit 1340 November 6 Bischof von Bologna.*

---

[a] competat *PL 685* competebat

## 61.

***PL 685**, fol. 46v; **VL 3986**, fol. 7r; **Druck:** Teige, Audientia S. XIII Nr. 8.*

Constitutiones domini Beltramini auditoris et episcopi Bononiensis[a].

Quia sepe contigit litteras, que per Audientiam litterarum apostolicarum impetrantur, a plerisque successive in eorum, quorum ipse[b] sunt littere, grande dispendium plus debito retardari, ideo nos Beltraminus[c1] episcopus Bononiensis eiusdem Audientie litterarum contradictarum auditor huic morbo, ne invalescat ulterius, occurrere cupientes statuimus et etiam ordinamus, quod quicumque deinceps alicui littere per eandem Audientiam impetrande voluerit contradicere, secunda die[d], postquam primo huiusmodi littera publice, ut moris est, legitur eadem coram nobis vel locumtenenti nostro[e], in Audientia compareant personaliter propposituri causam, si quam habeant rationabilem, cur eidem littere contradicunt[f], quod, nisi fecerint, legitimo impedimento cessante ex tunc a contradictione talis littere eo ipso noverint penitus se exclusos[2].

---

[1] *Beltraminus Paravicini.*
[2] *Undatiert; Beltraminus war seit 1340 November 6 Bischof von Bologna.*

---

[a] Constitutiones - Bononiensis *VL 3986; PL 685* Sequitur alia constitutio predicti domini Beltrami episcopi Bononiensis
[b] ipse *fehlt VL 3986*
[c] Beltraminus *PL 685* Beltramus
[d] secunda die *PL 685* secundo
[e] primo - nostro *fehlt VL 3986*
[f] contradicunt *VL 3986* contradicant

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl